

Wydawnictwo
Instytutu Teologicznego Księży Misjonarzy
Adres Redakcji: Kraków, ul. Stradom 4



PISMO SEKRETARIATU STANU OJCA ŚW.
DO PRYMASA POLSKI
KS. KARDYNAŁA STEFANA WYSZYŃSKIEGO¹

SEGRETERIA DI STATO
DI SUA SANTITÀ
N. 34837

Dal Vaticano, li 21 dicembre 1964.

Em, me ac Rev. me Domine.

Pergratum mihi contigit Tecum communicare Augustum Pontificem libenter litteras accepisse, quibus Ipsi nuntiasti Te Bibliothecae Vaticanae attulisse omnia exemplaria, hucusque typis impressa, Commentariorum, qui „Nasza Przeszłość” inscribuntur, atque Cracoviae, moderante P. Alfonso Schletz C. M., eduntur.

Dum igitur Tibi atque editoribus plurimas agit gratias, Beatissimus Pater eiusdem Commentarii Moderatori valde gratulatur, quod per egregium hoc opus graviora historiae monumenta colligit, et haud parum confert ad celebrationes expediendas, quae proxime istic agentur, ut millesimum recolatur annus, ex quo catholica fides in Poloniam invecta est.

Quamobrem Sanctitas Sua eximio isti viro cunctisque operis sociis laeta ac prospera omnia exoptat, praesentissima que Dei auxilia et solacia precatus, expetitam Apostolicam Benedictionem peramanter impertit.

Ego vero, datam opportunitatem libenter nactus, sacram Purpuram Tuam deosculor, meque summa cum veneratione profiteor

*Eminentiae Tuae
addictissimum
(—) † A. Dell'Acqua
Subst.*

¹ W czasie pobytu na trzeciej sesji II Soboru Watykańskiego Ks. Kardynał Stefan Wyszyński wręczył Ojcu św. komplet XX tomów „Naszej Przeszłości”. Zob. List Prymasa Polski do redaktora NP z d. 16 I 1965 r.

[Przekład polski]

SEKRETARIAT STANU
JEGO ŚWIĄTOBLIWOŚCI
N. 34837

Z Watykanu, d. 21 grudnia 1964.

Najdostojniejszy i Najprzewielebniejszy Księżę Kardynale.

Przypadła mi w udziale przemila sposobność powiadomienia Cię, że Najwyższy Kapłan chętnie przyjął list, w którym Go zawiadomileś o przekazaniu przez Ciebie Bibliotecę Watykańską wszystkich dotychczas drukiem wydanych tomów wydawnictwa zatytułowanego „Nasza Przeszłość”, a redagowanego przez ks. Alfonsa Schletza C. M.

Ojciec Święty, najserdeczniej dziękując Tobie i wydawcom, szczerze gratuluje Redaktorowi tego czasopisma, iż w tym znakomitym dziele gromadzi ważniejsze pomniki historyczne i niemalo przyczynia się do przygotowania uroczystości, które wkrótce będą obchodzone celem uczczenia tysięcznej rocznicy wprowadzenia do Polski wiary katolickiej.

Z tej racji Jego Świątobliwość życzy niepospolitemu owemu mężowi i wszystkim współpracownikom wszelkiej radości i pomyślności, a modląc się o aktualną pomoc Bożą i pociechę, najżyczliwiej udziela Apostolskiego Błogosławieństwa, o które proszono.

Ja zaś, korzystając chętnie z nadarzającej się okazji, całuję Twoją Świętą Purpurę i najwyższym uszanowaniem świadczę się

Waszej Eminencji najoddańszym
(—) † A. Dell'Acqua
Subst.